



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

LXXXIII. De Jurisdictione Vicariorum Apostolicorum in Regno Tunkini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1696.

INNOCENTIUS DUODECIMUS. 279

que adjacentibus ab eadem Sede deputatorum jurisdictionem, seu illius exercitium impedita presumplerint, non sine gravi fidelium scandalo, ac Infidelium ad fidei Catholicae veritatem conversionis, cui eadem Sancta Sedes dictos Episcopos Vicarios Apostolicos destinavit, detrimento. Hinc est, quod Nos supradictas Clementis Prædecessoris Literas stricte, & inconcurre observari, necnon Fidelium Operariorum in Vinea Domini strenue, ac utiliter laborantium quieti, fideique Catholicae prædicta propagatio, quantum Nobis ex alto conceditur, proficiere cupientes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S.R.E. Cardinalibus Congregationis Propagandæ fidei negotiis præposita super rebus Sinarum, a Nobis specia- liter deputatorum consilio, eosdem modernos, & pro tempore existentes Archiepiscopum Goan, necnon Machaonem, & Malaceen. Episcopos, harum serie paternè monemos, eisque auctoritate Apostolica in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut dictas Clementis Prædecessoris Literas, & in eis contenta quacumque sub penis in Literis hujusmodi expressis exacte, & inviolabilitate observent, ac observari current, & faciant; districte propterea inhibentes eis, & per ipsos omnibus illorum Ministris, & Officialibus quocumque nomine nuncupatis, ne in posterum sub quovis quæsito colore, praetextu, causa, vel occasione exercitium Jurisdictionis eorumdem Episcoporum Vicariorum Apostolicorum, eorumque operariorum in Regnis Siam, Coccinæ, de Sciampa, Cambogia, aliisque adjacentibus supradictis impedita au- deant quovis modo, seu præsumant, donec aliter a prædicta Congregatione Cardinalium fuerit ordinatum.

Clausulæ.

§. 1. Ac decernentes ipsas præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sive & non alter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, aliquoq[ue]libet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in Uni- versalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum te- nores præsentibus pro plene, & sufficienter ex- pressis, ac de verbo ad verbum insertis haben- tes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe- cialiter, & expresse derogamus, ceterisque con- trariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXII. Octob. MDCXCVI. Pon- tificatus Nostri Anno Sexto.

LXXXIII.

Declaratur pro Vicariis Apostolicis, Regnum Tunkini separatum esse, & independens a Diœcesi Machaonen.

De jurisdictione Vicariorum in Oriente vide Confi- tutionem precedentem, & Confit. ed. 1697. Fe- bruar. 6. p. 6.

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

ANNO
1696.

Dat 23. Oct.
1696. An. 6.

Causa Decla-
rationis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ex commissione Nobis divinitus Apostolicae ser- vitutis munere Venerabilium Fratrum Epis- coporum Vicariorum Apostolicorum in Regno Tunkino ab hac Sancta Sede deputatorum, co- rumque Operariorum quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, confidere, contentioseque omnes, qua inter ipsos, & Venerabilem Fra- trem modernum, seu pro tempore existentem Episcopum Machaonen, ejusque Ministros, & Officiales quoquaque oriri, necnon maximum Catholicae Fidei, Christianaque Religionis propa- gationi impedimentum adferre possent e me- dio tollere cupientes, de nonnullorum ex Ve- nerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinali- bus Congregationis negotiis Propagandæ Fidei præposita super rebus Sinarum a Nobis specia- liter deputatorum consilio, Regnum Tunkini præfatum a Diœcesi Machaonen. penitus, & omni- nino separatum, ac independens esse, & fore, ac proinde Episcopum Machaonen, supradictum, ejusque Ministros, & Officiales quoilibet quo- cumque nomine nuncupatos non posse, nec de- btere sub quovis quæsito colore, prætextu, cau- sa, vel occasione ullos in eo jurisdictionales actus exerceere, auctoritate Apostolica tenore præsen- tium decernimus, & declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Declaratio-
priæd.

Clausulæ.

§. 1. Decernentes pariter ipsas præsentes Li- teras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Vicariis Apostolicis præfa- tis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempo- re spectabit, inviolabiliter & inconcurre obser- vari: Sique & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, & alios quoilibet quacumque præminentia, & potesta- te fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alter judicandi, & inter- pretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in Uni- versalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum te- nores præsentibus pro plene, & sufficienter ex- pressis, ac de verbo ad verbum insertis haben- tes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe- cialiter, & expresse derogamus, ceterisque con- trariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & si- gillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem proflus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ habebetur ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Octob. MDCXCVI. Pon- tificatus Nostri Anno Sexto.

Aa 2

Prohibetur,